



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De temperantia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](#)

De perseverantia fo. El.

virginis fuit imobilis et omnis aliorum mobilis. Ergo eius constatia aliud
omni constatia improportionabiliter maior fuit. **De perseverantia**

¶ Post hec queritur de perseverantia. que duplum dicitur. Uno propositum per **Perseverantiam**
seuerandi in fine Alio acutus perseverandi in fine voluntas beatissime viri dicitur duplum
genis ad perseverandum fuit inflexibilis. omnis voluntas alioz flexibilis. Ergo

eius perseverantia alioz perseverantie est improportionabilis. **De temperantia**

Mr. Postea de temperantia. que sic describitur secundum phos. Item
perantia est illiciti animi impetus firma et discreta dominatio.
Item Math. Erant qui inducauerant quasi quattuor milia
hominum. Slo. Temperantia est refrenatio cupiditatis ab his quod tempore
poraliter delectant. Sed in hac definitio definitur temperantia secundum ac-
tum vie et non patrie. et secundum actus istos non fuit temperantia in beatissi-
ma virginie. Ergo non habuit temperantia per modum vie. sed patrie.
Itē Ang. Temperantia est amor incorruptibilis in deo et integer.
sed tam amor et corruptio et integritas fuit improportionabilis ex-
cellenter in beatissima virginem quam in aliquo viatore. ergo habuit tem-
perantia improportionabilis super omnes viatores. **De speo temperantie**

¶ Sequitur de speciebus temperantie. que sunt castitas. modestia. et **Decastitate**.
sobrietas. Et primo de castitate. Quia autem beatissima virgo omnem creaturam
excellebat in castitate sic probatur. In omnibus viatoribus pri-
oris hominibus castitas est cum pugna contra somitez. et cum casu ad mors
nunquam in primum motum veniale. et cum possibilitate cadendi etiam in
mortalem. exceptis in utero sanctificatis et apostolis spiritu sancto re-
pletis. in beatissima autem virginem fuit castitas sine pugna somitis. si-
ne casu mortali. sine possibilitate cadendi etiam casu ventiali. ergo ca-
stitas eius omni homini fuit improportionabilis. Item castitas be-
atissime marie virginis castitatem angelorum quinq[ue] gradibus excellit.
Est enim multiplicior. nobilior. utilior. gloriosior. laudabilior. Mul-
tiplicior. Angelorum enim habent tria castitates in spiritu. hec autem in carne et
spiritu. Item nobilior. quod illa naturalis. ista gratuuta. Item utilior. illa
enim est naturalis et non meritoria. ista meritoria. Item gloriosior. hec
enim sine victoria. illa autem cum victoria. Item laudabilior. hec enim est ne-
cessaria. illa vero voluntaria. Hoc ergo quod beatissima virgo omnem creaturam
excellit in castitate. **De Sobrietate**

¶ Sequitur de sobrietate. que dupliciter dicitur. Est enim so-
brietas temperantie species. est etiam sobrietas que est abstinentia per
duplum satiationis penitentie et species iusticie. Prima sobrietas est cum
pugna in omni viatore et cum errore. et cum possibilitate cadendi in
primum motum gule. sed in beatissima virginem fuit sine pugna. sine
errore. sine possibilitate cadendi etiam in primum motum gule. Er-
go excellenter fuit in beatissima virginem sobrietas quam in alio viatore.